



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

VIII. Decretum in nonnullos qui sacerdoti Virtzburgensi nares capillosque  
asciderant, verberibusque male affecerant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

ANNO  
CHRISTI  
888.

\* f. deoſt  
epifco-  
pus.

VIII.

Ad aures sanctæ Synodi Arno venerabilis Vvirtzburgensis ecclesiæ \* se reclamauit , quod quidam scelesti quemdam honorabilem presbyterum suum comprehendissent , eique nares abscidissent , & capillos capitum incidissent , nec non & saeuis verberibus cruciatum semiuiuum reliquerant. Vnde tanto scelere inaudito peracto , sancta Synodus visceribus misericordiæ erga eumdem commota , statuit communis consensu , ut iidem temerarii , Deique contemptores , qui tale scelus ausi sunt perpetrare , anathematis vinculo constringantur , quo usque a proprio episcopo post dignam pœnitentiam absoluti , sanctæ matris ecclesiæ sociari mereantur , nullusque cum eis in aliquo communicet , nisi in hoc , vt eos ad dignam satisfactionem peragendam hortetur. Si quis autem post hanc sententiam a nobis prolatam , sciens cum eis communicauerit , uno eodemque mucrone cum ipsis sciat se a nobis esse percussum.

IX.

Missarum solennia non vbiique , sed in locis ab episcopo consecratis , vel vbi permiserit , celebranda esse censemus. Concedimus etiam , vt sicubi ( quod nostris exigentibus culpis perplurimum est factum a Northmannis , seu alio qualicumque modo ) ecclesiæ fuerint incensæ , in capellis Missas interim liceat celebrare , donec ipsæ ecclesiæ restaurari queant. In itinere vero positis , si ecclesia defuerit , sub diuo , seu in tentoriis , si tabula altaris consecrata , ceteraque ministeria sacra ad id offi-

De confect.  
diss. i. Mis-  
ſarum fo-  
lennia, &c.  
concedi-  
mus.

D d d d iii